



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Conciones siue Conceptvs Theologici Ac Prædicabiles R.
D. Petro Bessæi SS Theol. Doct. Reg. Galliar. Oratoris**

In Omnes Totivs Anni Dominicas Æstiuas, à Festo Pentecostes vsque ad
Aduentum

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, Anno M.DC.XXIX

Dominica XIII. Post Pentecosten.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56259](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56259)

que testamentum sunt à Iesu Christo pro-
cusum, nam tam vetus quam nouum, instar
numismatis Principis imaginem præfert.
Nulla igitur parabola restat pars, quæ ada-
ptata non sit.

Vnum hoc restat, Auditores, vt sexcenta
hinc vobis documenta eliciatis: restat, vt
discatis vere & perfecte Deum diligere, id-
que ex corde & animo ignito & affectu ar-
dentissimo pleno. Vt discatis etiam creatori
reddere quod suum est, animam scilicet, &
cor totum, omnesque illius thesauros & fa-
cultates offerre. Restat denique vt Samari-
tanum hunc imitemini, pauperum misera-
mini, vt benignos vos & misericordes de-
monstretis; quod cū feceritis, vere Deum ex
toto corde & proximum sicut vos ipsos dile-
xeritis, atque ita vitam æternam promere-
bitis.

Æquissimum autem est, ô mundi Serua-
tor, vt te ex toto corde diligamus, cum nos
ipse ex toto prius dilexeris. Nam vt amorem
nobis testatum faceres, homo fieri voluisti,
tot cruciatus pertulisti, pretiosum sangui-
nem effudisti, vitam denique amittere non
dubitasti. Nos vero vt tanto amori respon-
deamus, an non reciproco te amore redama-
bimus? eritne in mundo aliquid, quod tui
ergo subire subterfugiamus, quod non tui
causa sustineamus? erit ne in venis sanguinis
gutta, quam non pro te effundamus? erit ne
vita a deo cara, vt non libenter propter no-
minis tui gloriam impendamus? Et sane ni-
mia nostra, quoad hoc, est obligatio: fuisti
namque bonus ille Samaritanus, qui nostri
misertus es, cum peccati originalis mucrone
faucitati semineces iaceremus; &, quod nec
Sacerdos, nec Leuita, id est, lex vetus, ad
nostri medelam facere potuerunt, tu egregij
Samaritani instar præstitisti, oleum & vinum
vulneribus nostris applicuisti, vt ostenderes,
ad peccatorem in viam reducendum & sa-
nandum vinum seueritatis & oleum lenita-
tis interdum esse adhibenda, quemadmodū
virga vna cum manna arca inclusa erant.
Propter hanc igitur aliasque plurimas ratio-
nes consentaneum est Domine, te vt ex toto
corde diligamus, & proximum nostrum sic-
ut nos ipsos, itaq; facientes, vitam æternam

commerebimur: quam largiri nobis dignen-
tur, Pater & Filius & Spiritus S. Amen.

DOMINICA XIII. POST PENTECOSTEN.

Partitio.

1. De vitanda prauorum societate.
2. De lepra peccati.
3. De castello, decemq; leprosis.
4. De leproforum clamore.
5. De sacerdote lepræ iudice.
6. De regressu Samaritani.

Cum ingrederetur Iesus in quoddam castel-
lum, occurrerunt ei decem viri leprosi.
Luc. 17.

FIGURA.

MAGNÆ profecto admirationis per v. 4. Reg. 5.
niuersum Syriæ Regnum fuit occasio,
cum à Iudæa venit nuntius, Regiæ militiæ
præfectum, & priuim à Rege Naamanum,
opibus quidem abundantem, at lepra coop-
ertum, prodigioso Elisæi propheta tactu à
lepra fuisse mundatum. At maior hodie per
vniuersam Galiliæ admirationis offertur
occafio, quando nuntiatur ingressu castelli
cuiusdam potenti Iesu Christi manu, decem
leprosos mundatos. Naaman iam mundatus
infinitas Elisæo gratias egit; hic vero è decē
sanatis solus Samaritanus, datam agnoscens
gratiam, Saluatori & mūdatori suo Iesu gra-
tias agit. Euangelio hæc hodierno continen-
tur, quæ ordine vobis deducam, modo spiri-
tus altissimus animum & vires subministrat,
& Deipara mater precibus suis filij gratiam
impetret. Cœlesti igitur vnanimis eam salu-
tatione compellemus.

AUE MARIA.

Pythagoras Samius, Italicæ Philosophiæ I.
caput, cum probe sciret, quantum detri- Pythagoræ
menti adferre soleat improborum confor- symbolum
tium & familiaritas, hoc inter cetera syra-
bola sua nos ab illa deterruit, Quæ nigrantes
habent

habent caudas, gustare non oportet. quod aenigma exponens Plutarchus ait, Philosophum hic docere voluisse, illorum familiaritates & commercia euitanda, quorum mores furui sunt & vitiorum fuligine infecti.

Lib. 1. Soliloq.

Huc etiam facit preclara illa magni Isidori Hispalensis sententia: *Melius est, inquit, habere malorum odium, quam consortium. Sicut bona multa habet communis vita sanctorum sic plurima mala societas infert malorum.*

Lib. de educatione liber.

Fuit hoc etiam magni Platonis consilium, qui inde ab incunabulis diligentem puerorum haberi rationem desiderat, & ab iis prauorum consortia remoueri, atque ideo vetat eos ab improbis & contaminatis hominibus visitari, tractarique, imo ne verbum quidem obscenum eos audire, & inprimis nutricibus præcipit, ne lasciuas quasdam fabulas & verba inhonesta coram iis proferant, ne vna cum nutricis lacte vitium quoque imbibant. Cuius opinioni quam proxime insistens Plutarchus, vult & paedagogos puerorumque ductores honestos esse, & vitæ probatoris, ne quod forte prauæ consuetudinis vitium familiaritas illorum & aspectus puri pueri moribus officiat.

Prov. 1.

Quod circa pueros obseruatum duntaxat voluere gentiles, hoc omnibus in genere hominibus iniunxit Salomon in Prouerbijs, *Fili mi, si te la laquei peccatores, ne ambules cum eis; prokibe pedem tuum à semitis eorum: pedes enim illorum ad malum currunt.* Non a-

1. Paral. 19.

liam quoque ob causam à Propheta Iehu reprehensus fuit Rex Iosaphat, qui viginti quinque annis regni Iudæ tenuit gubernacula, quam quod impio Achab auxilium & suppetias tulisset: *Quare impio præbes auxilium, & iis qui oderunt Dominum, amicitia coniungaris? Idcirco iram Dei merebaris.*

2. Paral. 20.

Idem ipse Iosaphat, quod classem suam cum classe Ochoziæ filij Achab coniunxisset, quæ coniunctis viribus in Ophir & Tharsis, aurum allatura, proficisceretur, eandem perdidit: cuius amissionem non alij causæ etiam asseripit Eliseus Propheta, quam quod scelesti illius nauibus, suas addidisset: *Quia, inquit, habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec*

potuerunt ire in Tharsis. Vide, quantum adferre detrimenti bonis improborum soleat commercium & familiaritas.

Et quoniam de nauibus loqui cœpimus, an non nauis illa Euangelica, qua Apostoli

LUC. 14.

vehebantur, tempestatibus agitata fuit, & naufragij periculis exposita, quod scelestus & sacrilegus Iudas eadem veheretur? vnus ecce proditor, vadecim alijs Apostolis exitium pene & mortem intulit. Quo docemur, improborum societates non mediocriter afferre periculum solere, & vnus improbitatem sufficere, vt mille probi ruina inuoluantur. Vnde mysterium hoc exponens Ambrosius, ait: *Non turbatur nauis, qua Petrum habebat, sed turbatur illa qua Iudam habebat, & sic multa discipulorum merita naufragabant. In Straque Petrus, sed qui suis meritis firmus est, turbatur alienis. Caueamus igitur perfidum, caueamus proditorem ne per vnum plurimi fluctuemus. Idem propemodum repetit & alio loco dicens: Tranquillitas In serm. de est, ubi solus Petrus nauigat. tempestas ubi Iudas Cathedra adiungitur, vnus igitur delicto, cunctorum merita quassantur.*

Sup. LUC. 14.

In serm. de

Petri.

Idcirco in Prouerbij specie dicebat, is qui supra Pythagoras: *Non esse cuius insiciendam dextram.* Porro dextram dare, amicitia symbolum est. Innuere autem Philosophus voluit, non esse omnium promiscue amicitiam ambiendam, sed improbos fugiendos, probos vero solos in societatem & sodalium admittendos.

Plut. de educatione liber.

Noluit Israhelitas olim Deus cum alienigenis & idolorum cultoribus connubia iniire, ne forte eorum commercio ad idololatriam pellicerentur: *Non accipies uxorem de filiabus eorum: filius tuus, ne fornicari faciant filios tuos in deos suos.* imo & commercium & familiaritatem cum iisdem vetuit, ne forte ruina eadem cum illis intoluantur: *Cave ne vnquam cum habitatoribus terra illius iungas amicitias qua sint tibi in ruinam.*

Exod. 34.

Noxia est

impiorum

societas.

In lege porro Euangelica vetitum est, ne quis impiorum familiaritatem velut connubium ambiat, & commercia à virtute alienorum, & idola mundi huius adoratorum frequentet, ne forte ab iis ruina, & pernicietas nostra originem sumat. Quam igitur

connubia hæc noxia sunt, contubernia hæc contagiosa & letifera!

Gen. 6.

Filij Seth, Semidei quidam erant, & filij Dei quodammodo, antequam cum filiabus Cain matrimonium iniissent: ac hæc nuptijs initis ad tantam impietatem delapsi sunt, totque vitijs & sceleribus sese contaminarunt, vt diluuij post secuti fuerint causa & origo. Edocemur hic improborum & sceleratorum familiaritatem societatemque perfectissimis quibusque viris perniciem arcessere, & electos in reprobatorum farraginem conijcere, deque Angelis terrestribus terribissimos constituere demones.

3. Reg. 17.

Propheta ille verus & sanctus, quem Deus in Samariam destinauerat, in itinere a leone dilaniatus fuit, quod Dei iniussu pseudopropheta domum ingressus cibum cum eodem sumpserat. Quotnam, cheu! sanctimonia illustres in vita huius itinere a leone infernali, (de quo Petrus Apostolus locutus est: *Quia aduersarius noster diabolus tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret*) interfecti sunt, quod audacter nimis, si ne villo metu aut diuino respectu domos impiorum adeant, peccantium consortia frequentent, & sceleratorum qui mundi huius pseudoprophetae sunt, contubernia non deuitent.

1. Pet. 5.

At paucos hodie Lotho similes reperire est, qui in medio Sodomitarum, & inter abominanda flagitia probus & integer vitæ permansit. Veruntamen, ne forte prauo ciuium suorum exemplo deperiret, & a cepto innocentiae tramite deflecteret, vrbem cum Angelis egredi, & a prauorum societate prouidere coegerunt. Quo edocentur iusti & probi, licet Lotho vitæ sanctimonia non cederent, sibi persuadere, nunquam se quam diu inter scelestos agunt, tutos esse, imo nisi ab eorum recedant societate & Sodomis egrediantur, in certissimo salutis avertenda, animæque damnandæ periculo versari. Vt quis enim inter improbos, non fiat improbus, sed primam inuiolatam conferuet innocentiam, miraculo tribuendum est.

Iusti inter scelestos nunquam tuti.

Amici Iob, eiusdem calamitatem & arumnas non alteri ascribebant causam, quam

quod improborum sectaretur vestigia, & cum impijs societatem iungeret. Ait enim Eliu:

Quis est vir, & est Iob, qui bibit substantiam quasi aquam, qui graditur, cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs? Iob. 34.

Inferre inde & argumentari volebat, Iob iniquum & scelestum esse, ac proinde merito hæc illi euenire infortunia. Equidem vero hinc efficere, improborum societatem esse noxiam ac detestandam, quod est præsentis Euangelio probare potero, in quo decem leprosi sequestrari ab alijs, turbis hominum se immiscere non audent, ne quem lepra sua inficiant, imo nec Christo appropinquare; sed eminus exclamant: *Iesu præceptor miserere nostri, & à lepra nos emunda.* In Luca historię series continetur. *Cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe.* Hanc ut vestro Diuino commodo prosequar, primo de leprosis locutionis, quarum eorumque postulationem deducam, deinde miraculum, quo Christus eos mundauit, atque alias eiusdem circumstantias exponam.

Christus igitur Ierololymam profecturus, vt in eadem mortem sustineret, Samariam, quæ haud procul Ierololymis aberat, quæque à decem tribubus incolebatur, quæ se ab alijs cum Ieroboam, vt è regum libris est colligere, rebellionis tempore, vt idola adorarent sequestrauerunt, pertransit, atque per Galilæam iter faciens, castellum quoddam cuius nomen ignoratur, ingressurus, vt Euangelium annuntiaret, decem leprosis obuios habuit, quorum nouem Iudæi erant, & decimus Samaritanus. *Qui steterunt à longe & leuauerunt vocem, dices: Iesu præceptor miserere nostri.*

Hic de lepra & leprosis loquendum est: Et nam semper ipsa peccati symbolum fuit, & peccatum non immerito: sicut enim lepra humorem lepræ corporis destruit ac corrumpit, & proinde tum hominem turpem reddit & luridum, ita peccatum animæ, quæ diuinæ pulchritudinis speculum est, pulchritudinem corrumpit, ac deforme demones simulacrum efficit. Innuisse aliquid Psalmographus visus est, dum ait: *Corrupti sunt abominabiles*

Euangelij series.

Et. Peccatum non immerito: sicut enim lepra humorem lepræ corporis destruit ac corrumpit, & proinde tum hominem turpem reddit & luridum, ita peccatum animæ, quæ diuinæ pulchritudinis speculum est, pulchritudinem corrumpit, ac deforme demones simulacrum efficit. Innuisse aliquid Psalmographus visus est, dum ait: *Corrupti sunt abominabiles*

Ezech. 16. *minabiles facti sunt & apertius Ezechiel: Abominabilem fecisti decorem tuum.* Lepra deinde contagio suo alios inficit, ideo quoque ab urbibus & castris, ne alios inficiant, sequestrati viuere leprosi iubentur, vnde in Numeris legere est: *Præcipe, ait Moyſi Deus, filiis Israel, ut eiciant omnem leprosum extra castra, ne contaminent ea.* Ita quoque peccatum contagiosum est, & pestis maxime letifera, quam obrem procul a proborum contuberniis commercijque abigendi peccatores, quia alios corrumpunt & perdunt. Facturum se hoc Psalmista dicit: *Non habitabit in medio domus mea, qui facit superbiam.* Tertio lepra os corrumpit, & halitum foetidum reddit: non secus etiam peccatum, quam enim tetrum est os peccatorum, halitus eorum pestilens, ideo sepulchro patenti ipsum comparauit vates: *sepulchrum patens est guttur eorum.* quid enim anima intrinsecus mortua, proficisci queat quam terra mephitis, & maleolentia, qualis, a sepulchro ossibus mortuorum pleno egredi solet? quam enim forent iuramenta, blasphemias, iniurias? conuitia, calumnia, mendacia, quæ scelerum verba, quam virulenta sunt? sunt profecto & aliæ inter vtrumque similitudines. Primo lepra inextinguibilem causatur sitim; non minus etiam peccatum, si Esaiæ de peccatoribus loquenti credamus: *Multitudo eorum siti exaruit.* Et profecto requiem nullam habent peccatores, semper enim affectus eorum siti ardet, & desideria ardore incredibili aduruntur. Vnde scite in Prouerbij Salomon: *Venter impiorum insatiabilis.* & in Epistolis suis Hieronymus: *Libid: famem patitur sui.* idem qui prius sapiens citatus ait duo esse, infernum & peccatum, quæ nunquam satiari queunt.

Secundo, vt lepra, informes & abominabiles reddit illos quos inficit apud omnes, qui eadem carent, ita peccatum peccatores coram hominibus, Angelis & Deo, abominabiles & odiosos reddit. Audite vt David loquatur: *Iniquitatem odio habui, & abominatus sum.* Et in Prouerbij Salomon: *Abominatur iusti virum impium.* Et Oseas: *Ipsi autem intrauerunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles: & ita*

abominabiles, vt teste Hugone: *tolerabilior sit Lib. de bon. canis putridus factus hominibus, quam anima conscientia peccatoris Deo.* An non insigne abominationis argumentum est, Deum ita peccatores abhorere, eos vt videre nolit, eosque perpetua essentia suæ conspectu priuet, ad inferos & in tartarum, quo nullus in orbe locus profundior & à cælo, in quo Deus est, remotior, relegans.

Tertio lepra sensus corporales penitus Peccatum corrumpit & perdit, ita peccatum robur & facultates animæ: atque vt leprosus manuum & pedum amittit vsum; ita peccator affectum & propensionem ad virtutem. In cuius rei figuram crediderim Adonibefech regem Chanaan extremitates manuum & pedum septuaginta principibus amputasse. Adonibefech tantundem valet, ac si dicas, doctor tempestatis, vel diabolus fulminans, peccati typus est; denotatur vero, hunc animarum nostrarum tyrannum peccatoribus, qui hoc in mundo regulorum instar dominantur, manus & pedes præcindere, id est, ad virtutem & ad bona opera ineptos illos reddere & mancos. Huc etiam facit quod de impudente illo, qui sine veste nuptiali ingerere se in nuptias presumpserat, qui que peccatoris imaginem gerit, dictum est: *Ligatus manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores.* Peccatum igitur lepra est, atque animam inficit.

Quarto lepra oculos diffundit, aures perforat, nasum auellit, gustum inficit, & omnia corporis membra vitiat & contaminat. excacat. Non minus ipsum peccatum, in primis peccatores excacat; de quo in Psalmis: *Superceci, dicit ignis, & non viderunt solem.* Item apud Sapientem: *Excacauit eos malitia eorum.* Surdos quoque efficit, scriptum namque est: *Aures habent & non audiunt.* Nasum quoque auellit & aufert; rerum quippe cælestium gustum aufert. Hinc in Prouerbij dicitur: *Anima satum, rana rebus terrenis calcabit fauam & dulcedinem cælestium.*

Quinto lepra, medicorum iudicio, curari nequit: ita Theologorum sententia, nec peccatum; ideoque appellant, *sumum malum*, quodque infinitam malitiam includit.

Ierem. 30.

Quo respiciens etiam Ieremias, ait peccati fracturam esse insanabilem, *Insanabilis*, inquit, est fractura tua. Et quemadmodum miraculum foret, leprosum sanari, ita profecto non minus miraculum est, peccatorem ad gratiam redire iustificatum. Hinc non immerito Augustinus ait: *Malus esse de impio facere pium, quã de nihilo creare cœlum & terram.* Et deinde probat Angelicus Doctor Thomas: *Maximum opus Dei esse, iustificationem & remissionem peccatorum.*

Sup. Ioan.

Li. de gratia.

2. Par. 26.

4. Reg. 5.

2. Reg. 3.

Num. 12.

4. Reg. 7.

4. Reg. 5.

Exod. 4.

Libidinosi maxime in leprosis designantur.

Nemo igitur dubitet, lepram verum præ generati peccati symbolum esse, peccati, inquit, mortalis, quemadmodum enim septem peccati mortalis genera sunt, ita quoque septem lepræ genera in Sacris litteris reperire est, quæ cum illis optime coincidunt. Superbia namque designata fuit in lepra Ozia regis, qui superbia inflatus, & fastu turgidus sacerdotalem sibi dignitatem vindicavit, ideoque lepram fronti illius Deus immisit. Avaritiã designat Giezi Elisæi pueri lepra, quem eadem ob auri cupiditatem Deus percussit. Luxuria præsignata fuit in lepra, quam Daud Ioabo eiusque posteris imprecatus est: *Non deficiat de domo Ioab leprosus, & fluxum seminis sustineat.* Invidiam denotat lepra Mariæ, quæ invidia cæstro concitata aduersus fratrem suum Mosen insurrexit, ideoque lepra fuit percussa. Gulam repræsentatam video in quatuor illis leprosis Samaritanis, qui hostilia ingressi sunt castra, ut se ingurgitarent, & genio indulgerent. Iram Naaman Syrus fronte præfert, quando nimirum Elisæo Prophetæ succensuit, quod in Iordane illum lauare vellet, itaque consilio hoc neglecto in Syriã redire constituerit. Acediam lepræ Mosaicæ comparo, cuius manus in sinum coniecta leprosa egrediedatur, quasi niue fuisset coarctata.

Inferre hinc licet, quemadmodum lepra peccati symbolum est, ita quoque leprosis peccantium typum esse, ac præsertim lasciuorum, fornicantium, & luxuriosorum. In cuius rei signum in Leuitico præcipit Deus, ut si quis lepra infectus, à Sacerdote iudicaretur, quamprimum vrbe pelleret, vestes lacerarentur, caput illius denu-

daretur, os obturaretur, ne noxio illius habitu cæteri inficerentur; & alta in clamare voce: Leprosus sum, ne quis illi appropinquaret, ab illoque omnes sibi cauere. Scio hæc omnibus in genere peccatoribus accommodari posse, sed delibidinosis & lasciuis intelligi potissimum debent: quoniam ut lex de leprosis lata locum hic habeat, quamprimum ut inter Catholicos lasciuus, meretrix etiam aut pellex appareat, vestes illius quamprimum dilacerandæ sunt, domus janua ocludenda, crinibus abripendi, patria eliminandi, ne suo forsitan afflatu honestiores matronas inficiat, & prauo exemplo cæteras ad perniciem trahat.

Ut quod dixi confirmem, Leuitici 13. *Leu. 13.* diuersa leproforum reperio genera: nonnulli in crinibus leprosi erant, quod illi capite exciderent; alij vero in externo colore, quod lepra è solo colore agnosceretur, quamvis nullum eius exterius foret indicium; alij denique in colore & crinibus simul, interius quoque lepra foedissima erant inquinati. Mystice hic eruo, tria quoque leproforum spiritualium; maxime quoad libidinem, esse: alij siquidem in crinibus lepram fouent, non enim se lasciuos aut lubricos ostendunt, nisi in desiderijs & cupiditatibus inhonestis, qui crinibus calamistrandis, cincinnis parandis, pingendæ comæ operam dant, qui tamen sæpe sibi funem nectunt, è quo, Absaloni initar, suspendantur. Alij vero leprosi sunt & libidinosi solo externo intuitu & colore, reperire quippe est viros ac fœminas quæ tã libere obscena & impudica loquuntur, quasi medijs in lupanaribus agerent; & nullum consistere in ijs peccatum autumant, eo quod ad rem & actus illicitos non perueniant, sed errant, & quidem grauissime sunt quippe in causa, ut de ijs loquantur alij, & cæteris sunt scandalo. Alij denique lepra penitus cooperti sunt tum in opere, tum in verbis, atque hi rebus publicis & ciuitatibus publico edicto arcendi sunt. Et præsertim salaces illæ & pellaces mulieres, meretrices illæ urbium pestes, quarum verus typus & figura fuisse leprosi Israelitici illi

illi quidem vestibus dissutis per agros & villas oberrabant, & leprose ille meretricula per vrbes diuagantur & curstant, carnem denudantes, crinibus dissolutis, & pellaciter per oculos ludentibus sinu parulo, calceis lunæ in morem excauatis & cornuto interstitio apertis, togis immane quantum hiantibus. Hinc procul hinc, peccati imagines, apagite fometa dissolutionis, procul ab hominum conspectu, noxiæ pestes & leprose detestandæ. Ita quippe lex diuina iubet, & leprosi hi Euan-gelici fecere, *Occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe.*

III. Ecce quid nouum. Dominus siquidem castellum ingressus decem leprosos habuit, quos diuina sua potentia mundaret, & castella infelicia, & loca infecta vos lepra, vitij calamitatibus; abominationibus & sordibus scateris. Vos & nobiles, qui in castellis habitatis, vitij abundatis: in castello namque Bethaniæ, video Lazarum foerentem, Martham fluxu sanguinis laborantem, & Magdalenam libidine infamem. In Herodis palatio video incestam Herodiadis copulam, video innocentis viri necem, & muliebrem feritatis exemplum. In regio Balchazaris castro apparent eminens conuiuia concubinarum, valorum tephi profanatio, ac tristitium funerum representatio. Nullæ eclipses adeo notabiles sunt, vt sunt illæ quæ à sole & luna emanant, qui inter planetas, excellunt; ita quoque peccata & flagitia maxima, quæ inter homines dominari videmus, plerumque vel à diuitibus vel à nobilibus, qui ceteris tum diuitijs tum dignitate præcellunt, proficiscuntur.

Nobiles scelerati debiles, qui maiorum suorum virtutes ac faciddecori sunt nora heroica vitij suis obscurant, familie decorum obfuscant, & generis sui dignitatem teterrima flagitiorum fuligine denigrant: nam vt poeta ait:

Dedecorant bene nata culpa.

Quemadmodum enim ciuis improbus & flagitiosus reip. suæ dedecori est, ita nobilis dissolutus & lubricus, generi suo & maioribus infamiam inurit. Ita respondit olim scite Anarcharis Seytha Philosophus, sibi patriæ gma.

barbariem & feritatem exprobranti. *Mihi quidem probro est patria, tu vero patria.* Quo denotare Philosophus voluit, nobilium vitia & prauos mores nobilitatem generis obscurare & destruire.

Sola autem virtus & facinorum proprio- Virtus & rum splendor & dignitas, nobilitatem con- heroica fa- stituunt, his solis nobiles inter suos & alie- cinora vere- nigenas refulgeant, vt inter tenebras sidera. nobilitatis Hinc Romani in calceis suis Lunam gestarunt, argumenta. quo nobilitatem indicarent suam: nam vt Lu- Olim luna na certissimum temporis prognosticon est, nobilitatis tempestatesq; denuntiat; si enim rubicunda solum- sit, ventum instare denuntiat; si palliat, plu- uiam minatur; si albescat, serenitatem pro- mittit, vnde versiculus,

*Pallida Luna pluit, rubicunda stat, alba se-
nat.*

Ita de nobilibus dicere licet; si enim vir- tute rutilent, vniuersa etiam regio circum- quaque virtutibus resplendet; si tyrannidē exercent, & feritatem colant, nihil nisi cæ- des, homicidia, sanguinis effusionem audies, si faciles nimium sint & peccantibus conui- uentes, magna morum in republica orietur in peius mutatio, negotia pessum ibunt, sub- diti seditionem concitant, & in ruinam ver- gunt. Denique si prudentia & sapientia ca- reant, metuum est, ne respubl. in exitium ruat, & in extremam calamitatem deuoluatur. Castellum igitur Galilææ leprosis sca- ter.

Occurrunt ei decem viri leprosi. Horum nonem Iudæi erant, & decimus Samaritanus. Crediderim hos, quod omnes pauperes es- sent inter se coaluisse & ita diuinitus congregatos, vt alij confunderentur. Vt fideles eru- Ad Iudæo- befcant & Iudæi, infidelis additur Samarita- rum confu- nus in socium; nouem enim Iudæis beneficiū sionem ad- datum non agnoscentibus, solus hic grates e- ditus est. Sa- git. Hinc etiam Ieremias fidelibus pudorem maritanus. incussurus, exclamat, *Transite ad insulas Ce- lerem. 2.* *thim, & videte si factum est huiusmodi, si muta- uit gens Deos suos* Quasi diceret: Gentilium regiones adite & ad barbarorum vrbes pene- trate, videte quomodo vitam instituāt, num ita dissolute & lubricè viuant, vti viuitis: vide-

videte num maior apud eos sit deorum & sanorum cultus & reuerentia, quam apud vos.

1. Reg. 4. 5.

Voluit Arcam testamenti, qua nihil habebant Iudæi pretiosius, Deus in Philistinorum, qui infideles & gentiles erant, manus incidere, vt ita sacerdotes Israelis confunderentur, videntes illam tanto apud Philistæos in honore esse, quippe qui fano Dagon illam imposuerunt, & illius ara collocarunt: interea tamen sacerdotes in eius conspectu furabantur, & nullo reuerentiæ respectu multa præter fas & nefas committebant.

Misit olim Deus Ionam vnum è Prophetis minoribus in Niniem, totius Assyriæ metropolim, à Nino Nembrothi nepote, vt Xenophon ait, exstructam, sed quæ ducentis à Ionæ prædicatione annis à Cyaxare Medorum rege funditus diruta fuit circa Babylo-nicæ captiuitatis tempus; vt Eusebius & Herodorus tradunt; misit inquam ad infideles, vt eos ad pœnitentiam prædicando conuerteret, vt Iudæi cum viderent à barbaris minores Prophetas maiori honore suscipi quam à se Maiores, pudore confunderentur. Ideo quoque diuino consilio factum vt ad nouem Iudæos leprosos decimus accederet, Samaritanus.

2. Reg. 15.

Decem viri leprosi. Quid Deus bone? Decemne vno in loco leprosos? colligere hinc est, quam facile impij societatem incant, & sibi paribus associantur. Decem millia cum Absalomo tumultuantur, & coniuuratorum agmen aduersus Dauidem constituunt. Vniuersum Ægypti regnum cum Pharaone armatur & coit; vt Israelitas stricto mucrone prosequatur. Omnis Hierosolyma Herode turbato turbatur, & mouetur. Trecentæ vlpes Philistinorum segetem vastaturæ; coniunctis caudis discurrunt: hic vero decem vno in loco videas leprosos & quod notatu dignissimum, viri omnes: *decem viri leprosi*. Si pueri essent minus fortasse malum esset; si fœminæ, tolerabile foret, sed omnes viri, quod dolendum & deplorandum. malum enim grauius est, & scandalum maius, videre dalosum vi-

Exod. 14.

Matth. 2.

Ind. 15.

Magis scan- dalosum vi- dere viros

& sapientia dotatos, præclaris dotibus infi-

gnitos; quam mulieres arundine mobiliore: quam fœ- Proteo versatiliore, omni vento mobiles, ipsam denique fragilitatem. Hi igitur viso Christo, *steterunt longe*.

Accedere non præsumunt, eminus stant legem seruantes qua aliorum arcetur confortio, & vrbes & castra ingredi vetantur, vt in Numeris videre est. Colligi hinc poterit, quanta sit peccatoris fœditas & abominatio, qui nimirum ab omnibus rejicitur, vrbibus proscribitur, & cuius commercium omnes detestantur & fugiunt. Quis enim morbo contagioso laboranti cohabitaret? quis mortuum semper ad latus habeat? solent defunctorum corpora rure & extra ciuitatem sepeliri, vt exequiæ adolescentis illius qui extra Naim ciuitatem sepeliendus efferebatur, ostendunt. Adã admissio peccato & proinde mortis reus, paradiso eiectus fuit. Calumniator ille & fratrum accusator, cœlo exactus fuit, mox vt peccati cõuictus fuit. Nabuchodonosor imperio & regno priuatus fuit, & hominum commercio spoliatus vt in siluis ferinam viuendi rationem sequeretur, quod eorum prius homo vitam esset impudice viuendo imitatus. Denique leprosi hi vera peccantium simulacra, hominum vitant confortia, & *steterunt à longe*.

Nec solum legis obseruatione & intuitu, hominum fugiunt aspectus, sed quam erga Messiam habebant reuerentiam & cultum, quem ei exhibendum sciebant, illos quo minus accederent impediēbat. Idem etiam respectus alias & Publicanum retraxit, nam à longe stans, nec oculos ad cœlum leuare audebat. fratres quoque Iosephi visa vultus illius maiestete, & admissi in eum criminis memores, accedere propius non audebant. Leprosi etiam hi ad Christum accedere non præsumentes, *Vocem leuauerunt, dicentes: Iesu præceptor miserere nostri*.

Magna inclamant voce; clamores autem optima signa sunt tum internæ pietatis, tum vero summi recuperandæ sanitatis desiderij; signa sunt, esse nobis in tribulationibus ad Deum clamandum, ad imitationem Dauidis, *Ad Dominum, cum tribu- lauerit*.

Reuerentia impedit quo minus leprosi accedant. Luc. 18.

Gen. 45.

IV. Clamores signa bona sunt.

Psal. 119.

1. Reg. 14. *larer, clamaui & exaudiuit me.* Signum ad hanc, afflictiones & aduersitates nos cogere clamare ad Deum, clamandoque eum sequi; sequentes vero animarum salutem obtinere solere.

Afflictiones cogunt ad Deum confugere. Nunquam Ioab militiae Dauidicae praefectus ad Abalonem venisset, à quo tamen toties euocatus erat, nisi ignis, qui praedia illius inuaserat eum violenter quodammodo coegisset. Ita quoque nunquam peccatores ad Deum venirent, licet frequentibus inspirationibus inuidentur, nisi vehemens afflictionum ignis illorum commodorum temporalium segetem interdum adureret. Vix enim nos illae velut apparitores citantur, quin statim ad creditorem properemus, eique omni ratione satisfacere nitamur. adeo ut locum habeat Propheticum illud: *Imple facies eorum ignominia. & quarent nomen tuum.*

Ceterum leprosi nostri hic dolore, illinc vero sanitatis recuperandae desiderio stimulati clamant, & quidem simul omnes elata voce. Primo, & quidem, ut apparet, verisimiliter, ut vnitis precibus, quasi violentia & communi quadam conspiratione, eo citius Christum ad commiserationem incitarent, misericordiamque illius ita melius experirentur. Docemur hic igitur, non sufficere, si quid à Deo obtinere contendimus, preces priuati alicuius & singulares, sed publicas etiam & communes adiungendas. *Hec vis*, ait Tertullianus, *Deo grata est: & axioma Philosophicum est, Vis & vita fortior est seipsa dispersa.* Et profecto solent orationes publicae maioris energiae, virium, roboris ac meriti esse, quam particulares & ad vno singillatim effusae. Secundo pariter vocem sustollunt, docere nos volentes, esse nobis in statu peccati constitutis summa voce clamandum, in caelum lamenta effundenda, ad Deum recurrendum, eiusque misericordiam implorandam. Ipse nempe vnicum peccantium remedium est, vnicum delinquentium asylum; ipse sanat omnes infirmitates nostras, & redimit de meritis vitam nostram. Prodigus filius cum ad summum miseriarum peruenisset, ad partem reuersus est. Quo exemplo institumur, non aliud esse

Tom. 2. Pars Aeterna.

nobis refugium, post dilapidata & decocta caelestia charismata, quam Patrem illum aeternum, eligendum.

Nous hinc quoque eruitur conceptus. Preces Leprosi hi orant pro communitate, non vero communes pro se ipsis singuli, dicentes plurali numero, sint. *Miserere nostri:* comunem omnium singuli sanitate petunt, non vero omnes speciatim suam: non pro se modo, sed pro alijs, etiam Deo suppliciant. Est scilicet quidam charitatis actus, utpote quae semper publicum spectat, non vero particularia aut singularia; non enim quaerit quae sua sunt, atque haec est ratio, Auditores, cur Apostolus Iacobus ad 1. Cor. 13. mutuas nos orationes inuitet, dicens: *Orate pro inuicem ut saluemini.* Non erat autem his similis Dauid rex, qui sibi ipsi & non alijs misericordiam postulabat, *Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.* Leprosorum autem preces communes sunt, & coniunctim orant, *Iesu praeceptor miserere nostri.*

Breuis quidem oratio, sed summae efficacitatis. Dicunt Iesu ut ostendant credere se, proforum illum esse verum Saluatorem mundi, Praeceptorem appellant, ut declarent paratos se hemens. illi, velut praecptori, obedientiam praestare, cui nullus vnquam similis in orbe existit. Ac si dixissent: Tu qui verus es praecptor, qui vitae nobis praecpta tradidisti; qui ventis imperasti, qui deinde voci tuae auscultantes quieuerunt. Tu qui adolescenti praecipisti ut surgeret & quamprimum resurgens ad vitam rediit. Tu qui filiae archifynagogae mandasti, & quamprimum vitam resuscitata est. Nostro quoque morbo impera, & confestim à lepra mundabimur. *Miserere nostri.* suam agnoscunt miseriam, illiusque misericordiam implorant, nullum in se reperientes meritum, quod illi referant, quo ad misericordiam permoueatur. Iustitiam illius sustinere non valentes, ad misericordiae & clementiae tribunal appellant; tamque scite negotium suum peragunt, ut Christus eorum miseris ad sacerdotes illos mittat dicens; *Ita, ostendite vos sacerdotibus.* Hoc reliquo concionis membro prosequar.

Christus igitur audita supplici illorum

H h postu-

Orationes publicae maioris sunt efficacitatis, quam particulares.

Psal. 101.

Luc. 15.

Matth. 8.

Luc. 7.

Mar. 5.

V

postulatione ad misericordiam commotus fuit, nam verba illorum vel saxea pectora & adamante duriora permouere potuissent; & ad sacerdotes illos destinauit, quod tantundem fuit ac si illos certo certius mundandos asseruisset. Porro varias easque pulcherrimas ob rationes eos ad sacerdotes misit. Primo, ut miraculi huius facti quodammodo participes, conuerterentur, conuersi vero in illum crederent, & uti Messiam agnoscerent. Deinde, quod lex sacerdotibus lepra iudicium commisisset. Tertio ut ostenderet, publicas esse caeremonias & instituta obseruanda. In lege quippe Moysi decretum erat, ut sacerdotes lepram a non lepra discernerent: leprosos ab alijs sequestrarent, puros vero & integros, instar aliorum tenerent, ad sacerdotes igitur misit, quo ostendat non venisse se ut legem turbaret sed eandem conseruaret, & cetera instituta in esse suo & vigore tueretur. Quarto, ut legi se subiiceret: dixerat quippe iam olim, *Non veni soluere legem, sed adimplere.* voluit igitur ad tempus seruari legalia, ut circumcisionem, praesentationem sui in templo, agni paschalis immolationem, & hodie sacerdotale de lepra iudicium. *Ite ostendite vos sacerdotibus.*

Sunt vero & aliae rationes cur ad sacerdotes illos mittat. Primo ut fidem illorum experiretur, & sacerdotum testimonio constaret veram fuisse lepram: qua mundati essent, ac verum proinde miraculum: credendum siquidem est, misisse illos, antequam mundati essent. Deinde, quod allegoriam sapit, ut ostenderet illos qui peccato, id est, lepra spirituali percussi sunt, ad sacerdotes confugere, usque se de commissis poenitendo, ostendere debere.

Auricularis confessionis fundamentum. Ex hoc autem potissimum loco, omnes Catholici scriptores adstruunt confessionem auricularem, & exomologesin peccatorum ad salutem esse necessariam, quod ut rucantur, hunc locum velut fortissimum propugnaculum adhibent, quamuis & alia sint, quae huc haud incommodè facere videantur, ut illa Isaiae, *Narra si quid habes ut iustificeris;* & illa Pauli ad Romanos, *Oro autem confessio sit ad salutem.* item illa Psalmographi,

Isai. 43.
Rom. 10.
Psal. 51.

confessio sit ad salutem. item illa Psalmographi,

Dixi, Confitebor aduersum me iustitiam meam, & tu remisisti iniquitatem peccati mei. item Apostoli Ioannis: *Si confiteamur nobis peccata nostra, & fidelis est eiusque, ut remittat nobis peccata nostra, & emundet nos ab omni iniquitate.* At hoc nullus est apertior: quid enim est leprosus ad sacerdotes mittere, quam peccatores ad tribunal & aures Confessorum destinare, quibus peccata sua confiteantur & delicta detegant?

Ite, ostendite vos sacerdotibus. Hieronymus de alio leproso a Christo sanato, & eodem modo ad sacerdotes misso, ait a Christo leprosum ad summum sacerdotem destinatum, ut ei de mundatione rationem redderet, quo fideles edoceret, quam sacerdotio reuerentiam & honorem fideles exhibere oporteat.

S. Augustinus & Cyprianus Afer vterque, *Cypr. epist. ad Rogatian.* & magno nominis, addunt, quod quamuis sacerdos officio suo, peccati tramitem virtutis via derelicta; intulendo, decessit; non minorem tamen ei reuerentiam, & sacerdotio honorem debere. Caiphas an non sceleratus erat & coram Deo abominabilis? si honorandus tamen Dei eidem honorem exhibuit, quamuis coram illo respondere, eum ut iudicem admittere, illum furorem & indignationem perferere, denique sententiam ab illo pronuntiatam a quo animo recipere, quod summus esset Pontifex, non dubitauit. Scribae & Pharisaei varijs flagitijs erant cooperiti, ac vitam ducebant hypocriticam, & mendacibus virtutum coloribus insignitam, eos tamen colli voluit Christus, eorumque statuta ac decreta quae exactissime custodiri, *Omnia ergo, uicunque dixerim vobis seruate & facite.* quonia vero in hanc materiam incidimus, de honore sacerdotibus debito iam parumper loquendum erit.

Ostendit, inquit Cyrillus Alexandrinus, *Cyrril. Alexandr.* lex vetus, quanto sacerdotes sint honore afficiendi, cum in terrae promissionis distributione; simul agrorum & vrbium diuisione; nullam Leuitis & sacerdotibus portionem assignauit: sed sua Deus illos mensa reficere quodammodo, ac suo pane vesci voluit: quodammodo in alijs

int-

intimos quosque ac familiarissimos, Principum mensæ cernimus adhiberi: adeo ut Sacerdotes nullam in temporalibus sortem nacti. vere Prophetam illud, velut symbolum sibi proprium, v. surpare queant: *Dominus pars hereditatis meæ.*

Sacerdotes regibus similes. Philo.

Visus est Deus, Philone teste, Sacerdotes regibus honore ac maiestate æquiparasse, utpote quibus tot iura, priuilegia, tributa, decimas, primitias, redemptiones primogenitorum concesserit. *Ex his rebus liquet, inquit, iuxta legis iudicium Sacerdotes æquiparari honore ac maiestate, regibus, siquidem illis tanquam Principibus conferri tributa imperat.*

Gen. 47.

Tanti quoque Ægypti reges Sacerdotes & sacerdotium faciebant, ut licet Pharaon ab vniuersa Ægypto tributum & vestigal exigeret, sacerdotum tamen agros exemerit, & immunitate donarit: *In vniuersa terra Ægypti quinta pars soluitur regibus, & factum est quasi in legem absque terra sacerdotali, qua libera ab hac constitutione fuit.* Rationi igitur videtur consentaneum, Sacerdotes ut inter ceteros Christianos maxime honorentur, ac debito cultu afficiantur.

Ægyptij Sacerdotes colunt.

Deiisdem Ægyptijs agens Plato, tanto eos Sacerdotes honore profecutos ait, ut à reliquo illos populo secernerent, ceteris hominum non adæquarent, imo velut aliorum caput ac principes suspicerent; vnde scribit: *Περὶ τῶν ἱερέων ἡ δόξα τῶν ἄλλων χωρὶς ἢ φελοῦ μῦθον.*

Epitheta Sacerdotū quæ in Sacris litteris reperiantur.

Luc. 1.

Porro Sacerdotibus dari solitus honor & reuerentia, euidenter colligi potest è titulis & nominibus, quibus eos sacra volumina honorant. Interdum namque Principes nuncupantur; de Apostolis namque primis Sacerdotibus, iam à multis retro annis ecclinit Vates: *Constitutes eos principes super omnem terram;* at principes qui ceteris principibus imperarent, & Regibus ac Monarchis leges præscriberent: Sacerdoti quippe & non Regi dictum est: *Ecce constitui te super gentes & regna, ut enellas & dissipes, adifices & plantes.*

Gen. 1.

In ipso Genesios & mundi exordio, duo magna luminaria reperio à Deo condita, vnum maius ut præflet diei; & alterum mi-

nus, ut nocti. Idem ipse Deus in totius Ecclesiæ bonum & commodum, duo alia fecit luminaria, duas scilicet supremas dignitates instituit; Pontificiam scilicet & regiam: hæc quidem ut præflet nocti & tenebris rerum temporalium, illa vero ut diei rerum cælestium & spiritualium. Sacerdotium igitur lumen maius est, & regia dignitas minus.

Interdum quoque Sacerdotes Angeli appellantur. Hoc eis nomen imposuit Malachi in S. Scriptura appellati Angeli. *Labia Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt ex ore eius, quia Angelus Domini exercituum est.* Malach. 2. Arque ideo nonnulli Epistolarum D. Pauli interpretes, quorum nomen magni apud me ponderis & momenti, locum illum, Corinth. 11. *Ideo debet mihi ser velamen habere super caput suum propter angelos, exponentes aiunt per Angelos Sacerdotes intelligi debere, ut qui vitæ honestate ac morum puritate integritateque angelos debeant imitari.*

Adhuc video illos sæpenumero deos dici, ut in illo Exodi loco: *Applica illum ad deos, Exod. 12.* id est, Sacerdotes, & ibidem: *non detrahes;* id est, Sacerdotibus, & multo etiam in Psalmis manifestius: *Ego dixi, dii estis & filij excelsi omnes, mei similes, & ceteris hominibus superiores, sunt scilicet Sacerdotes dii quidam Sacerdotes terrestres, utpote qui reges excommunicati sunt.*

tionem feriant, peccata dimittant, inferorum ianua occludant, indulgentias elargiantur, dæmones pellant, cæli clauem gestent, morbos sanent, mortuos ad vitam reuocent, infinita denique patrent miracula; quid vero illis ad veram desit deitatem, quam mundos de nouo condere diuino igitur honore afficiendi sunt, ut dii honorandi, non vero homines. Anne quid amplius dicere ausim? eodem scilicet illos, quo Christus, honore afficiendos. hoc nempe ipse de illis testimonium dedit: *Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit.* Id est, *Matth. 10. Luc. 10.*

Quandoquidem Sacerdotes estis, eodem vos honore, quo me ipsum affici desidero, quicumque igitur Sacerdotem contemnit ac despicit, Christum contemnit: quicumque vero eum honorat, eique obedit, filium Dei, qui

Psal. 109. Sacerdos etiam fuit in aeternum, secundum ordinem Melchisedech, honorat & colit.

Serm. 1. de E. iphan. Lib. 1. de prouident. Dignum obseruatu est, quod Chryso- stomus & Saluianus Massil. nhs, quantum ad lepra Mariae sororis Aaronis Pontificis no- tant. Murmurauerantambo, nescio quam- obrem, eamque nullius momenti, aduer- sus fratrem suum Moysem. quapropter Deū ad iracundiam prouocarunt, qui illam le- pra scdissima percussit, vt illius crimen om- nium pateret oculis, & publice appare- ret. Eiusdem quidem criminis reus erat Aa- ron, simul tamen in eum noluit plaga anim- aduere: cuius rei haud alia reddi potest ratio, quam quod summus Sacerdos esset, quare ne illius ad populum honori quid- quam decederet, visibili eum castigatione percutere noluit. Hinc igitur discant omnes Sacerdotum nauos tegere, & omni ratione defectus illorum eclare, cum Deus ipse eod- em parenti, & visibili lepra pro palare no- luerit.

Decret. Gra- tian. dist. 96. c. In scriptur. Magnus ille Romanorum Imp. Constan- tinus, is, inquam, qui Niceno interfuit con- cilio, tanto Sacerdotes honore prosequen- batur, vt dicere solitus sit, se, si fortasse Sa- cerdotem peccantem cernere continge- ret, pallio eum suo cooperturum, ne quis alius peccantem videret. O tempora, o mo- res, o saecula nimium quantum a priori- bus illis discrepantia! Ecce qui olim a Mo- narchis colebantur, hodie ab omnibus con- temnuntur: soli hodie Sacerdotes ludibrio sunt, lannis excipiuntur, soli Monachi conuiujs proscinduntur, sola peccata Eccle- siasticorum in conuiujs & publicis con- uentibus narrantur, & cum plausu excipi- untur.

Gen. 9. Nunquam e sacris litteris, eradetur in- gens illa Chamo inusta infamia, qui a Deo & patre maledictus & anathemate percus- sus fuit, quod patris verenda detexisset eius- que nuditatem derisisset; *Maledictus puer Chanaan; seruus seruum erit fratribus suis.* Quo edocemur; eos qui patres quidam spi- rituales sunt, illudunt eorumque peccata detegunt, a Patre celesti grauissima male- dictione percuti.

qui sacerdotes

Baccharius S. Augustini aqualis de hono- re Sacerdotibus deferendo exponit allegori- ce lugubria illa Dauidis verba; quibus Saulis exequias deplorauit: *Nolite annunciare in 2. Reg. 1. Gen. 1. neq; annuncietis in campis Ascalonis, ne forte latentur, &c.* ne si inter incircumcisos elades illa generosi regis, & totius nobilita- tis nuucitur, nobis illudant & subsannent. Huiusmodi milites ac duces aciei diuinae sunt Sacerdotes, quorum tanta non est per- fectio, quin quoniam homines fragiles sunt, interdum delinquant: at non patitur Deus, eorum delicta inter saeculares & no circum- cisos, id est, haereticos, diulgari, ne forte his auditis latentur, Ecclesiae illudant, nos- que exhibent.

Egregium hanc in rem exemplum addu- *Matth. 21. cam: Redemptor noster cum in Dominica Ma. 21. Palmatum templum Ierosolymitanum in- Luc 19. gressus esset, videretque abominandas qua- Sacerdotes in eo peragerent mundinatio- nes; facto e suaiculis flagello, ipse in eos animaduere non dubitauit. Mirum fortal- se cuiquam videatur Dominum ipsum anim- aduersionem hanc peragere voluisse; & non potius Angelo euidam commisisse: at re- sponder S. Anacletus, ideo hoc factum, quod Sacerdotes essent, quorum castigandorum auctoritatem ac ius non solum Deo referua- nit; nullus igitur in hos animaduere praesumat; nisi singulari quodam a Deo praec- cepto & instinctu fuerit impulsus. Itaque hinc facile colligere poteritis, Auditores, quanta sit Sacerdotij dignitas, maiestas & ex- cellentia.*

Aman ille Persa, superbia inflatus, quam *Esdr. 5. qui maxime & arrogans, viso, se vnum e car- teris purpuratis eum Rege Assuero ab Esthe- re regina ad conuiuium inuitatum, ita su- perbiuit, vt apud suos se iactas diceret: Regi- na quoq; sibi, nullum alium vocauit ad conui- uium: cum rege praeter me; apud quam etiam erat cum rege praeter me sum.*

At quanto maior, & quanto felicior Sa- cerdotis fors est, quem Regum Rex Chri- stus, adeo exaltat; & ad tantam dignitatem sustollit, vt ipsa pontificis summi maiestas & dignitas non sit maior, quam Sacerdo- tis alicuius communis. illius enim potestas maior

non-

quam cu-
raturis alte-
rius Sacer-
dotis.

nō nisi in mystico Iesu Christo corpore, quod est Ecclesia apparet; huius vero in proprium, verum ac reale corpus illius extēditur: illa iurisdictionem possidet; hæc ordinem denotat. Iurisdictione quidem inæqualis est; at Papæ & sacerdotis simplicis idem penitus ordo est. Cæterum sacerdos cœli delictum est & intimus amicus, quem Ecclesia, quam formosa Esther representat, singulis diebus ad mensam illam regiam, epulas illas Angelicas, ad Sacramentum scilicet Eucharistiæ inuitat, in quo Regum Rex Christus non modo adest, ut simul inuitatus & conuiuia, sed ipsemet cibus est & ferculum: *Caro mea vere est cibus*. Cū igitur Sacerdotes cæteris dignitate antecellant, præ cæteris etiam honor illis & reuerentia debet exhiberi. Quid nisi quos ipsi etiam Angeli honorant & colunt.

400. 9.

Angeli Sacerdotes honore affecti.

Ioannes cum in Apocalypsi sua Angelum vidisset, pedibus illius adoraturus, aduolui conabatur; at Angelus, cum sciret illum sacerdotio initiatum esse, impediuit, ne quem honorem deferret, dicens: *Vide ne feceris, confersus enim ius sum*. Non enim Sacerdotum est, honoribus afficere Angelos; sed e contra Angelorum, Sacerdotibus honorem deferre. Ecce non permittit Angelus, Sacerdotem sibi honorem deferre, & hodie pro dolor nobiles à Sacerdotibus coli & honorari volunt.

Ciuium Ierosolymitanorum Spiritus Sanctus haud dubie mouebat corda, & excitabat, ut vel asinam cui Christus insidebat, cõlerent, ramos præscissos eius pedibus prosternerent, veste sine vijs substernerent, idque nõ aliam ob causam, quam quod illa totius vniuersi Dominum ac Regem veheret. Quanto maiori honore digni sunt Sacerdotes, quorum sacra manus, thronus sunt Dei; lingua, clausus cœli; illorum pectora, ineffabilis Sacramenti reconditoria.

Lob. 11. c. 8.

Refert Iosephus in Antiquitatibus, Alexandrum Macedonem, concepto in vniuersos Iudæos, quod Dario hosti suo auxilium tulissent, odio, in terram Israel, eosdem delaturum descendisse; sed tam tristi audito nuntio summum Pontificem, cum omni sa-

cerdorum turba, Pontificalibus ornamentis indurum eidem obuiam processisse. Quo visum Alexandrum equo descendisse, & (Deo illum commouente intrinsecus) genibus in terram prostratis eundem adorasse: suis vero ad rei nouitatem obstupescens respondisse: *Non hunc adoro sed Deum, cuius principatus sacerdotii functus est*. Erubescant hic Christiani, & discant sacerdotes quoslibet, ratione ministerij, quo funguntur, summo esse honore afficiendos: idque exemplo Christi, qui quamuis perspectum haberet sacerdotes hos impios & sacrilegos esse honorem tamen exhibet, cum leprosos ad illos, velut ad veros lepræ iudices mittit: *Ite, ostendite vos, sacerdoti. Num. 27. ti. iii.*

Videre quem etiam olim Sacerdotibus honorem exhiberi voluerit Deus, cum Moyse diceret: *Tolle Iosue filium Nua, virum in quo est spiritus Dei, qui stabit coram Eleazaro sacerdote, ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel*. Notate hic obedientiam, reuerentiam & honorem, quem olim à filiis Israel sacerdotio deferri voluit, cum ad minimum Sacerdotis nutum omnes & egredi & ingredi, id est, omnibus in rebus obedire, iussent.

Cordata illa Iudith, Sacerdotibus Bethulienibus persuadens, ut populum solarentur, & ad fortiter agendum incitarent, non ex alijs locis argumentum sumpsit, quam ab honore & reuerentia, quam vniuersa illis ciuitas deferrebat, dicens: *Vos qui estis presbyteri in populo Dei, & in vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite quasi dixisset, populus, ecce, bellis exhaustus, & laboribus fractus, tanto vos honore colit, & tanta in animos eius vestra est potestas, ut si verbo eidem animum addideritis, omnes velut à sopore & lethargo excitati, ad fortiter agendum se accincturi sint.*

Plurane in hoc proposito necessaria? nequaquam, nimis siquidem prolixi fuimus, & etiam si verbis non expressissem, è facis tamen literis nimis euidenter eruitur honorem Sacerdotibus deferendum: *In tota anima tua time Deum*; & Sacerdotes illius sanctifica. Duo ecce ad salutem necessaria, timere,

mere Deum, & Sacerdotes honore afficere; quod & filius Dei hodie exemplo suo manifeste ostendit; decem leprosos ad illos mittens, & eorum respectu a lepra sanans. O miraculum inter cetera Messia miracula maximum!

Ioan. 1.

Dilectus Domino Ioannes initio Euangelij de Christo loquens ait: *Erat lux vera, qua illuminat omnem hominem*: inter ceteras lucis qualitates, & ob quas potissimum Dei filius lucis nomine vocatus est, est quaedam, quam omnes ad oculum videmus: prius enim quam lumen & fax, penitus intermoriatur & extinguitur, scintillas maiores effundit, luce splendidiore coruscet & tutilat. Oprime hoc in Dei filium quadrat; ipse enim fax fuit, quæ in vitæ fine & morti proxima maiores radios effudit, magisque eluxit quam antea: quamdiu enim inter homines vixit, lumen semper effudit, tum docendo, tum miracula patrando.

Christus facti compa-
ratus.

At dum morti proximus factus est, magis resplenduit, & rutilantius lumen effudit; tunc scilicet luculentam illam orationem habuit, quam cœnæ vocamus orationem, adeo diuinam & admirabilem, ut præclarissima quæq; ingenia in admirationem trahat: tunc etiam diuinam illam panis & vini in corpus & sanguinem suum Transsubstantiationem peregit in augustissimo Vener. Eucharistiæ Sacramento: tunc etiam Lazarum quatrinduo sepultum & putrescentem ad vitam resuscitauit, cuius miraculi splendor & maiestas Scribarum & Pharisæorum oculos ita offuscavit, eius ut gesta calumniari, traducere, eumque Messiam negare non dubitauerint. Denique circa vitæ vesperam nouum hoc miraculum patravit, quod modo præ manibus habemus; quo decem vna medela leprosos mundauit: olim quidam aliquos mundauit, verum cum vitæ facula & lychnus ad finem vergeret & propemodum extingueretur, maiores ei aculatus est flammæ, & octiduo vel deciduo priusquam mortem oppeteret, decem leprosos sanitati reddidit: quorum nouem beneficij accepti immemores, nullas curatori gratias egerunt; sed solus decimus, medico supplex factus, beneficij collati magnitudinem agno-

Iesus Christi
morti
proximus
plurima &
maxima pa-
travit mira-
cula.

scens, humiles illi gratias egit, eiusque laudes deprecatur: *Vnus autem ex illis, videns, quia mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius gratias agens.*

O detestandam ingratitude! è decem VI. luculentissimo beneficio donatis, vnus tantum beneficij memor fuit. Tanto porro odio Ingratitudo malum
Romani ingratitudem prosequantur, ut quantum
seruus libertate donatus, & gratiam non agnoscens, iterum in seruitutem abripi poterit. Leges etiam ciuiles hæreditatem in filium ingratum deuolutam reuocant & annullant, ipsa quoque animalia ferocissima ingratitude detestantur. In Lege etiam Mosaica cautum erat, ne victima Deo in gratiarum actionem oblata aut eiusdem caro in crastinum asseruaretur: quo docemur, gratiarum actiones nunquam esse in crastinum differendas sed statim beneficio accepto persolendas.

Noë Patriarcha, quamprimum ut dilu- Gen. 8.
uio finito Arca egressus, & tanto ereptus est discrimine, Arfam Deo erexit, sacrificia obtulit, & victimas in gratiarum actionem, quod sospitem se & incolumem prestitisset, immolauit: *Edificauit autem Noë Altare Domino, & tollens de cunctis pecoribus & solueris mundis obtulit holocausta super altare.* Erudire nos volens, ad singula quæ cœlitus accipimus beneficia, Deo gratias agendas, & sacrificia laudis illi sacrificanda. Notandum porro est obtulisse Noachum pecora & volucres, easque mundas, ut ostenderet, in nostris gratiarum actionibus omnes tum corporis tum animæ facultates concurrere ac quasi contribuere debere, corporis scilicet quod pecuniam & brutum est, animæ vero, quæ volucris instar sursum euolat; & imprimis victimas mundas requiri, id est, gratiarum actiones è corde sincero, & ab omni peccato alieno proficisci oportere.

In Leuitico etiam olim cautum fuit: *Si Leu. 7.
pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absq; fermento.* Fermentum porro in litteris sacris pro peccato & malitia sumi solet: mystice autem denotatur, si quando Deo gra-

tia agendæ sunt, eiq; cor & intentio in sacrificium offerenda, ipsum ab omni peccati & flagitij fermento liberum esse debere: qui secus autem faxit, fermentatos Deo panes offert, & illa victimæ immundæ sunt.

Iam. 6.

Saluator postquam mirabili quadam ratione quinque panes multiplicasset, fragmenta colligi iussit, ne quid periret: *Colligite fragmenta, ne pereant.* Quo erudimur, si quod à Deo beneficium recipimus, ipsum semper ob oculos habeamus, ac nullo non loco & tempore eiusdem recordemur. Hinc bene mihi dixisse visus est Seneca: *Qui grate beneficium accipit, primam eius pensionem soluit.*

Iob. 1. de be-
nef. 4. 12.Ingratus
uari com-
paratur.

Ingratus porro & beneficij accepti immemor mari mihi videtur simillimus, quod dulces fluuiorum aquas semper recipit salvaginem tamen semper retinet. Ita qui beneficium recepto ingratus est, semper malitiam reddit, alteriusque liberalitatem in sui ipsius exitium & ruinam convertit, Oceanus est, qui salem eijcit, beneficiorum aquas assiduo admittens. Agro etiam Evangelico eundem comparauero, qui postquam bonum in sinu frumentum admisisset, tempore mellis zizanijs scatit. Non ab similibus etiam est ludæ proditori, qui tot à Christo beneficijs receptis & gratijs, tantum abfuit, ut gratus existeret, illum vicissim coleret, & gratias haberet, ut etiam nefarie illum prodiderit, inque eius necem conspirarit. Deniq; nouem hosce leprosos optime imitantur, qui mundationis recepto beneficio, mundatorem non agnoscunt, beneficium hilares, in benefactorem ingrati. Adeo ut Christus admiratus dixerit: *Nonne decem mundati sunt & nouem ubi sunt?*

Matth. 13.

Ingratus lu-
ce compa-
ratur.

O ingritudinem intolerabilem! O stuporem incredibilem! Ceterum duabus in rebus ingratitude consistit. Primo beneficiorum acceptorum obliuiscendo, deinde benefactorem offendendo, & pro beneficijs maleficia regerendo, quæ ingritudinis species maxime detestanda est. Atque hæc est ratio, cur veteres ingratum lunæ compararint, quæ cum omne suum à sole lumen mutuaret, eundem tamen offuscare & caligine inuoluere

solet. dicere quoque Imperat. quidam solebat, eo se ingratos erga benefactores gerere modo, quo rustici erga platanum parulis quidem frondibus luxuriantem, & ad vmbra parandam idoneam, de quo ait Poeta,

Nobilis æstiuus platanus diffuderat vmbra.

Petron. Arb.

Plinius autem Italorum luxu & delicias miratur, quod ex alieno hanc arborem petierint orbe non aliam ob causam, quam ad vmbra conciliandam: *Quis non iure, inquit, miretur arborem vmbra gratia tantum, ex alieno petitam orbe?* Hæc igitur arbor postquam solares radios frondibus suis multos annos prohibuerit tandem scinditur, finditur, & distinguitur. Nō aliter etiam ingratitude, cuius arbor hæc symbolum, cum benefactoribus agere solet, e decem namque leprosis vnus tantum, & Samaritanus quidem, qui in benefactorem gratus existat.

Tres in S.

Scriptura

laudantur

Samaritan.

Luc. 10.

Porro tres in Evangelio Samaritanos reperio qui laudem mereantur, imprimis illum qui viatorem illum in latrones delapsum, & laucium, equo impositum ad diuersorium deduxit. Deinde Samaritanam mulierem, quæ ciues suos ad Christi cognitionem adduxit, ac denique hunc nostrum, qui socijs in invocatione ad salutem nō gratitudine perseverantibus, solus in benefactorem gratus existit. Eruo hinc etiam solam sufficit. vocationem ad salutem non sufficere, parum quoque esse religionem ingredi, vota emitte, ijsque deuincere, nisi ad finem vsq; perseveretur. Videas hic decem leprosos, qui accepto sanitatis munere a Christo, ingratos se ostendunt, cumque bene incepissent, in itinere defecerunt: *Multi quippe sunt vocati: pauci vero electi,* & omnes qui monasteria ingrediuntur ut religiosam vitam ducant, cœli palatium non subibunt, at qui ad finem vsque perseverant.

Ioan. 4.

Vocatio ad

salutem nō

sufficit.

Hæc scilicet humana fragilitas est ac Multi beneficia, omnes ecce leprosi bene incepere: incipiunt, magna enim fide omnes Christum inclamauerant, eiusque præcepto obediuerant, sed male sanitate recuperata non perseverarunt. Nam confestim in ingritudinis peccatum delapsi sunt. Inter ceteras hominis miseras & hæc recenset Propheta Iob, quod nunquam

Statu

quam in eodem permaneat. Quotnam reperire est, qui vitam honestam & sanctam inchoant, exordia habent religiosa, pia, admirabilia, sed quamprimum deficiunt, & in capto opere non perseverant.

Dan. 2.

Statua illa quam in somnis olim vidit Nabuchodonosor, caput habebat aureum, pectus argenteum, femora ænea, tibiae ferreas, & pedes luteos. Quenam hic varietas & gradatim commutatio; in auro exordium est, in luto & cæno definit. fronti Colossi huius vitam multorum inconstantium & versatiliū inscriptam video, qui cum initio amore Dei æstuassent & ardorem admirabilem præ se tulissent, paulatim deteriores facti, tandem misere in peccati cœnum delapsi sunt. Ieremias horum calamitatem deplorans lachrymans dicebat. *Filij Sion inclinetis & amicti auro purissimo, quomodo computati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?*

Thren. 4.

Simile.

Bombyces, quamdiu viridibus victitant folijs, adeo teneri & delicatuli sunt, ut ad minimum cœli fragorem & conitru perterreantur, & cœptum filandi opus interrumpentes sæpenumero emoliantur: ita & plurimi, viroribus assueti, id est, delicijs & voluptatibus indulgentes, adeo tenelli & molles sunt, ut si quando bonum aliquod opus cœperint, prima peccandi occasione oblata, & primo tentationis tonitru inguente a cœpto desistant, & vitijs suis sæpe immoriantur. Hæc scilicet humanæ naturæ inconstantia est, & concionis meæ finis.

Epilogus.

Discite hinc igitur, Auditores, peccatum terretimum quoddam lepræ genus esse, & peccatores leprosos, ac decem hosce leprosos omnium adversus Dei præcepta delinquentium imaginem gerere. Discite quoque legem leprosos à cæterorum hominum confortio sequestrasse, ut ostenderet fidelibus esse improborum qui leprosi quidam spirituales sunt, commercia velut noxia & damnosa, fugienda. Discite quoque eadem opera, illos non nisi sacerdotes ad eundo sanari potuisse: quod euidens documentum est, sacerdotes potestatem peccatorum remittendorum habere, & huiusmodi lepræ iudicium illis commissum esse, è quo etiam confessio

auricularis adstrui potest. Discite deniq; sacerdotibus honorem deferre, quos ipse Dei filius honorandos censuit. Fugite adhuc ingratitude, nolite imitari novem illos leprosos, qui postquam à lepra mundati fuere, medico vix gratias agere dignati sunt, sed imitami Samaritanum hunc, qui cum te miraculose mundatum cerneret, immortales mundanti gratias agit, honorem defert, adorat. Tu quoq; fac similiter.

Est namq; rationi consentaneum, summe animarum medice: qui infinitis tibi nominibus devincti sumus: tu scilicet toties animas nostras à peccati lepra mundasti, à te tot beneficia, dona, charismata, munera recepim, ut qui eadem nolit agnoscere, ingratitude sit arguendus. Fac, obsecro, Domine, nunquã ut nobis error hic imputetur, ac hoc in anima nostra vitium dominetur, vitium inquam execrandum, detestandum, omnium vitiorum maximum, Deo, hominibus, ipsis etiam brutis exosum. Nos vero, mundi Servator, miseri illi leprosi sumus, jam inde ab utero matris turpi originalis peccati lepra infecti, deinde toto vitæ curriculo variorum peccatorum mortalium lepra inquinati; Tu vero spes nostra es, in te oculos conjicimus, ad te clamamus gementes & flentes, *lesus præceptor missæ ære nostræ.* Nostri igitur commiseratione tangere, ad sacerdotes, qui vicarij tui sunt in tribunali pœnitentiæ, nos destina, lepram nostram emunda, ut penitus purgati & mundati, in locum illum, quem nihil inquinatum subit, & in quo vera nostra beatitudo consistit, ingredi mereamur, ad quem nos deducere Pater & Filius & Spiritus Sanctus dignentur.

Amen.

